Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35536
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



In cena dñi bñdictio ignis:~
Deus qui per filium Oremus:
tuum: angularem scilicet
lapidem, charitatis ignem
tuis fidelibus contulisti. produ-
ctum de silice, nostris profuturum usibus.
nouum hunc ignem san✠ctifica. et cō-
cede nobis. ita per hec festa paschalia celesti-
bus desideriis inflammari, vt ad perpetue
claritatis puris mentibus valeamus fe-
sta pertingere. Per eundem: Oremus:
Omne deus pater omnipotens.
lumen indeficiens. qui es con-
ditor omnium luminum.
bene✠dic hoc lumen. quod
a te sanctificatum atque benedictum est.
qui illuminasti omnem mundum. vt
ab eo lumine accendamur. et in eo illu-
minemur igne claritatis tue, et sicut
tuo igne illuminasti moysen. ita illu-
mines corda et sensus nostros. vt ad vi-
tam lucemque veram peruenire meremur.
Per dominum nostrum Jesum christum
filium tuum qui tecum viuit: Oremus.